



Dissertatio Philologica Prima, Quae Continet Explicationem Psalmi Centesimi Secundum Literarum & Punctorum Naturam Atque Accentus

Francofurti ad Viadrum: Typis Tobiae Schwartzii, [1716?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn87373923X>


Druck Freier  Zugang





93

Fa 1092 (93.)



3
84
33
32
31
30
29
28
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Π' Ν

DISSERTATIO PHILOLOGICA
PRIMA,
QUAE CONTINET

**EXPLICATIONEM
PSALMI CENTESIMI**

SECUNDUM
LITERARUM & PUNCTORUM NATURAM

ATQUE
ACCENTUS;

QUAM
DEO AUSPICE
SUB
PRÆSIDIO

Friederich Siegfried Ringl

Philosoph. & Lingvæ Sanctæ Profess. Ordinarii
defendet

DAGOBERTUS LEONHARDI,
Francof. March. S.S. Th. Cult.

IN
AUDITORIO PHILOSOPHICO.

AD D. 29. Maj. A. C. M D C C X V I. 14.

FRANCOFURTI ad VIADRUM, Typis TOBLÆ SCHWARTZII.

DISSERTATIO PHILOLOGICA
PRIMA
QUAE CONTINET
EXPLICATIONEM
PSALMI CENTESIMI
SECUNDUM
LITTERARUM & PUNCTORUM NATURAM
ATQUE
AGGENTES
IN
DRO ALPICE
PRÆFATIO
DAGOBERTUS LEONHARDI
Philosoph. & Linguae Sanctae Facult. Ordinarius
Francofurti
IN
AUDITORIO PHILOSOPHICO
M. DC. LXXV. 11.
FRANCOFURTI M. DC. LXXV. Typis Schwartzii

VIRO
PRÆNOBILISSIMO
AMPLISSIMO, JURE
CONSULTISSIMO
DOMINO
JOHANNI PÉTRO
THIELE

J. U. Doctori & Professori Extra-
ordinario hac in Academia
celeberrima

Doctissimo, Meritissimo;
Consuli apud Francofurten-
ses h. t. Regenti, Consultissimo,
Spectatissimo,

DOMINO
Patrono, ac Fautori suo ad
aras usq; summopere Colendo
& Venerando,

Hanc Dissertationem

*Sui in commendationem, animumq;
ad ostendendum observantissimam
& devotissimam*

Omni Debita pietate & Observantia

Francof. ad Viadrum d. 28. Maj.
A. C. MDCCXVI.

Submisit offert
addictissimus Cliens

Dagobertus Leonhardi,
Respondens.



PROOEMIUM ET PRÆCOGNOSCENDA.

Quemadmodum omne edificium lubrico
superinstructum fundamento exigua
orta tempestate ruinam minitatur, sic
lingvæ alicujus cognitione insalutatis
principiis imbutus exorta cuidam dif-
ficultati resistendo non est, & quasi in
labyrintho positus, hæsitans quorsum se vertat oberran-
do exitum quarit: hinc ducti ante aliquot menses in
Tyronum gratiam Analyfin vocis שׁוּפְטִים publici ju-
ris fecimus, in cujus prioribus §. §. solliciti fuimus de in-
quirenda Materiæ & Temporum Natura, quæ ad
syllabam constituendam faciunt. Verum tum temporis
pro objecti ratione non omnia in medium protulimus;
ideoq; ad finem §. 6. illa commemoranda ulteriori labori
nostro commisimus: quo debito ut nos liberemus, ea præ-
cognitorum loco hic conferemus, eademq; Psalmi Cente-
simi Explicatione confirmare conabimur.

Præter ea, quorum in Analyfi mentionem
fecimus, syllabæ constitutioni inserviunt

A

i. Dagesch

I. Dagesch forte, quod est *Punctum occurrens in literis mobilibus, quas ita duplicat, ut duarum Syllabarum pars fiat.* Quod sit punctum ejus figura manifestum reddit: Vis ejus est, *duplicare literam,* quod apparet ex denominatione; גשגש enim Syris notat pupugit, Chald. gravavit: est igitur punctum, quod gravat literam & aggravando condensat: quod & R. Ab. Esra Esth. IX. 24. explicat per duplicare, dicit enim דגשות מם להמם להסרון מם הכפל *Dageffatio literæ Mem in voce להמם est propter Mem duplicationis:* sicq; duplicando literam, alteram priori, alteram posteriori Syllabæ tradit. e. g. פֿקֿר in Pih. פֿקֿר. Verum dicimus *occurrens in literis mobilibus,* quo ipso negamus ei situm i. in *literis quiescentibus,* quarum est coalescere cum præcedente vocali, nec unquam mobiles fiunt: tradit quidem illud in variis locis *Editio Plantiniana,* sed *Masoretha* illa ut *insolita* notant, vid. *Buxtorff. in Tiberiad. p. m. 61. 2.* in *Literis gutturalibus* licet mobilibus נ, ה, ע, ר. quia ita in gutture efformantur, ut difficilioris sint pronuntiationis, hinc & ab iisdem ut *insolita* recensentur, vid. *ibid.* Perspecta ejus *Natura* concludimus *Punctum Dagesch idem esse cum litera mobili;* ejusdem enim loco adhibetur, e. g. פֿקֿר dicitur pro פֿקֿר: ideoq; eandem ipsi tribuendam esse *potestatem* quam literæ mobili, auget enim Syllabam *tempore claritatis* vid. *Analys. N. §. 6. 1. n. 2.* eandemq; *privat* tempore *Essentiali* §. 7. n. 1. Et quatenus syllabæ moram addit, eatenus etiam

iam æquatur Tempori Essentiali; hinc ה demonstrativum, quod alias per pathach & Dagesch forti præfigitur, ante literam indageschabilem, cum kametz occurrit e. g. הַתְּרַק.

2. Mappick. quod est *Punctum literam quiescentem* ה in fine vocis mobilem reddens. Ejus Naturam ipsa demonstrat denominatio; dicitur enim *Masoretibus* מַפִּיק (vid. eos Gen. V. 29. ad אַרְרָה vocem, הָא מַפִּיק לְ וּמַפִּיק לְ non extat amplius & הָא est cum Mappick. it. Jes. XXIII. 17. & 18. ad אֶתְנַכְּפָה ubi dicunt הָא מַפִּיק לְ non habet Mappick litera ה) quod derivari potest vel ab Hiph. Hebr. Radicis פִּיק vacillare in Hiph. הִפִּיק produxit, eduxit. Vel ut nomen participiale à Chald. נִפִּיק exiit, egressus fuit, quæ respondit Hebr. יָצָא; quod enim Exod. XIII. 3. Hebr. הִנְבַּקְתֶּם מִמִּצְרַיִם אשר יצאתם ממצרים Chald. est הִנְבַּקְתֶּם מִמִּצְרַיִם qui egressi estis ex Aegypto: Cujus Aphel est פִּיק exire fecit, protulit, eduxit; Hinc quod Exod. XVI. 3. Hebr. אָרִי אֶפְקֶתֶם יִתְנָא כי היצאתם אותנו Chald. est אָרִי אֶפְקֶתֶם יִתְנָא quod eduxistis nos. Ex figura ejus apparet, quod sit *punctum*, ex significatione ejus munus, scil. quod sit *exire faciens* vel *educens*: Verum *sedes* hujus puncti est in litera ה; erit igitur hæc litera *subjectum* in quod exerceat Mappick suum munus. Qualitas hujus muneris clara fit ex natura literæ ה; quippe quæ litera est quiescens & coalescens cum præcedente Vocali, quam Mappick egredi facit, scil. ex quiete; ast quaelibet litera vel est in quiete vel motu; quare litera ה qui-

ete sua privata. scil. quiete sua egrediens, in motu est. Hinc merito dicimus *Mappick literam* מַפִּיק *alias quiescentem reddere mobilem*, mobilem factam iisdem cum mobilibus qualitatibus gaudere, ast non tam ex sua natura, quam מַפִּיק *Mappick mungere*; augere igitur itidem Vocalem præcedentem *tempore claritatis* v. Anal. nostr. §. 6. i. n. 2. eandemq; tempore essentiali *privare*, ibd. §. 7. n. 1.

3. Metheg, quod est *frenum vocalem retinens eamq; decore suspendens*. Hebr. & Chaldæis מתג *significat frenum & retinaculum*, ut apparet Psalm. XXXII. 9. עתו רסן עתו לבלום *freno & habena os ejus capistrandum*. Prov. XXVI. 3. *Jes. XXXVII. 29.* & in Targ. ופסג מתגא רחמרה *& discidit frenum asini sui*, Gen. XXVI. 31. Grammaticis est Accentus Euphonicus; ejus Naturam *tum figura, tum situs* ejusq; significatio ad amissim describunt: *Figura* ejus est linea perpendicularis infra literam inter duas vocales posita e. g. עֵבֶר; (circa quam observ. non esse eam confundendam cum *Accentu Silluc*, qui semper ultimam Periodi vocem occupat, atq; post eum nullus alius accentus tonicus offenditur; nec cum *accentu Merca*, de cujus simili figura in M. S. aliquo insigni Vir maxime Venerandus DN. D. E. Jablonski, optime de re literaria Hebr. meritis in *Doctiss. Prefat. Biblior. Hebr.* §. 17. mentionem facit, ex eoq; *Loca Proy*, XIV. 31. XVII. 19. (quibus addi potest

est

est XII. 1.) restituerere conatur) apparet autem hæc lineola *vel* in *1^{ma} vel 2^{da}* ab tono Syllaba. Frenum vel retinaculum est instrumentum, quo quid à motu detinetur, ut subsistat; *Metheg* igitur occurrens in Syllaba *detinebit à motu Vocalem, ut subsistat*, non autem à motu essentiali, quæ consistit in moveri; sed cujus privandi periculo laborat: Verum vocalis occurrens in *1^{ma} vel 2^{da}* ab tono Syllaba subit periculum, ne mora aliqua privetur v. *Anal. nostr. §. 7. n. 2.* in iis autem *Metheg* occurrens vocalem detinendo liberat privationis periculo, eiq; moram addit, quam merito *Tempus* dicamus & quidem à Natura τ& *Metheg* *Refrenationis*, e. g. לְרַקִּיעַ Gen. 1. 7. in Syllaba ך̄ est vocalis duplex duplici essentiali tempore gaudens, quæ occurrit in antepenultimo loco ab accentu ideoq; mutanda in simplicem, conservatur per tempus refrenationis addito *Metheg*, hinc לְרַקִּיעַ, quæ vox est מְרוּגָה מְלָה dictio cum *Metheg*, notata.

4. Makkaph, quod est *Lineola* duabus pluribusve *Vocibus transversim interposita*, qua vox alteri annectitur, ut cum ea simul efferatur, sicq; accentu suo privatur. Dicimus esse *Lineolam transversim interpositam*, quod figura ejus ad oculum demonstrat; & quidem vel *duabus vocibus* e. g. Pſal. v. 7. אִישׁ־וּמִים comm. 13. כִּי־אָתָּה vel pluribus e. g. Gen. XXV. 5. אֵת־כָּל־אֲשֶׁר־לוֹ omne quod ipsi erat & Exod. XXVIII. 3. אֶת־כָּל־חֲכָמֵי־לֵב ad omnes sapientes

pientes corde. Ejus munus describimus, quod vocem alteri annectat; מִקֶּרֶךְ enim significat *conjunctionem*, sic Gen. XV. 4. ad מִקֶּרֶךְ אֵם מַסֹּרֶתִים notatur מִקֶּרֶךְ ג' מִקֶּרֶךְ *tria sunt Makkaphata* i. e. per Makkaph conjuncta. it. Gen. XXX. 19. ad מִקֶּרֶךְ אֵם מַסֹּרֶתִים ab iisdem notatur כֹּל בֶּן מִקֶּרֶךְ בַּתַּח בְּמִדְּ בְּמִדְּ *omne cum Makkaph habet Pathach exceptis quatuor.* Idemq; Lineolæ situs probat. Ejus effectus est, quod vocem annexam suo *privet accentu tonico*; pertinet enim ad sequentem vocem, una vero vox non nisi uno gaudet Accentu tonico.

5. Regimen, quod est *Constructio, qua sequens Vox præcedentem accedit, in quam præcedens ita sequenti incumbit, nititur & cum ea conjungitur, ut ferre in unam coalescat.* Quam definitionem ex ipsa Constructionis denominatione demonstramus. Nam *Hebr. & Chaldais* dicitur סָמִיךְ vel סָמוּךְ *conjunctionum, vicinum*; (sic Masora Gen. 1. 8. ad יוֹם שֵׁנִי notat רִסְמִיךְ ל non extat amplius conjunctionum:) Rad. ejus סָמַךְ, quæ significat 1. *accessit* Ezech. XXIV. 2. סָמַךְ מֶלֶךְ בָּבֶל אֶל יְרוּשָׁלַם *accessit Rex Babel ad Jerusalem.* Chald. סָמַךְ מֶלְכָּא דְבָבֶל עַל יְרוּשָׁלַם; 2. *incubuit, innixus est*, Deut XXXIV. 9. עָלָיו סָמַךְ מֹשֶׁה מִן יָדָיו *nixus fuit Moses manibus super eum.* 2. Sam. 1. 6. מִרְוַחַתָּה עַל סָמוּךְ *innixus erat hasta sua:* Erit igitur in hac constructione סָמִיךְ vel סָמוּךְ dicta quædam *accessio* scil. vocis sequentis, nam qui sequitur alterum accedit; & *innixus, incubitus, nempe præcedentis vocis in sequentem*; videmus

mus enim præcedentem vocem mutari, & quædam amittere tempora, scil. illa quæ amitti possunt; ast incumbens semper aliquid amittit à suo motu, non sustentans: atq; ita fit Coniunctio, ut fere in unam coalescant; nam in mutatione consideratur vox sequens ut affixum, unde R. Ab-Esra Exod. XXI. 4. ad כְּסִמְךָ אֲרוֹנוֹ dicit: Dicimus autem fere coalescere; quippe in significatione & Accentuatione ut duæ considerantur, voces, utraq; enim suo gaudet Accentu tonico: Possët hoc loco occurrens in hac Constructione vocalium Mutatio compluribus illustrari exemplis; sed brevitati studentes illa ad aliam differemus occasionem. Solent Grammatici hanc Constructionem כְּסִמְךָ vel כְּסִמְךָ dictam conferre cum Latina duorum substantivorum conjunctione, ut Cl. Alting. in Fund. L. S. §. 74; Verum hæc in variis à se invicem differunt: In Latinorum enim conjunctione sunt duo Substantiva; ast Hebræorum כְּסִמְךָ locum habet vel in duobus Substantivis Gen. I. 14. בְּרִקְיעַ הַשָּׁמַיִם in expanso caelorum. vel Adjectivo & substantivo Jer. XXXII. 19. גָּדֹל הַעֲצָה magnus Consilii. vel Participio & substantivo Pf. XIX. 8. מְחִיבֵמָה פָּתִי sapientem reddens simplicem. vel substantivo & affixo cum præfixo Jes. XXX. 18. חֹכְמֵי לוֹ expectantes ipsum: reliquorum exempla vid. Cl. Alting. loco supr. cit: Dein ubi Latinorum Rectum, ibi Hebræorum Regens mutationem subit.

Hæc

Hæc Duo *Makkaph* & *Regimen* referri possunt & debent ad *Analys. Nostr.* §. 7. in quo de Syllabæ Decrementis egimus.

6. Schevata Composita in punctatione non nisi ut Schevata simplicia considerantur, de quibus §. 9.

Antequam ipsam Psalmi Centesimi Explicationem accedamus, B. L. rogatum volumus, hanc Nobis concedat Hypothesin, experientia probatam, omnem Syllabam ad minimum duo desiderare tempora nisi mutationem pati velit: Dein duo illa Axiomata, quæ eidem sunt æqualia, & inter se sunt æqualia; totum est majus sua parte. Præterea B. L. monemus, quod Nos brevitatis causa, in iis argumentis, quæ ex literarum & punctorum Natura petemus, ad Analysin nostram & hæc præcognoscenda simus provocaturi & quidem priorem denotando per A. N. addito §. & Linea; posteriora verò per Pr. addito §. Numero: In iis autem, quæ observationibus debentur, in auxilium vocaturi simus Cl. Altingii Fundamenta Lingvæ sanctæ addito §.

Ad hæc cujuslibet Commatis Explicationi annectimus Analysin Accentualem & quidem secundum Methodum Viri Rev. Phil. Ouseel in Tr. שער הטעמים של אמת dicto: atq; una usum ejus practicum B. L. oculis subjicimus, quo studii hujus utilitatem imò necessitatem satis superq; confirmari Nobis persuademus.

EXPLI-

EXPLICATIO PSALMI CENTESIMI;

Comma Primum,

מִזְמֹר לְתוֹרָה הַרְיֵעוּ לַיהוָה בְּלִיְהוּדָיִם :

§. I.

Vox *prima* מִזְמֹר est מרע *acuta* & Bisyl-
laba, cujus prima *duobus* sc. Essentiali
A. N. §. 6. N. I. Claritatis *ibd. §. 6. N. II.*
n. 2. altera *quatuor*, Essentiali *ibd. N. I.*
Literali ibd. N. II. n. 1. Altitudinis *ibd. n. 3.* & Cla-
ritatis *ibd. n. 2.* Temporibus gaudet: Ergo utraq;
Syllaba perfecta *A. N. §. 5.* Radix ejus וּמַר inusit:
est igitur Vox hæc in *statu Compositionis*, quæ Cau-
sa mutandæ Vocalis *A. N. §. 8.* Nomen enim
hocce est proprie infinitivus קָל מִזְמֹר, huic
præfigitur מ more præformantium Characteri-
sticarum *Alting. §. 112.* quippe מ nude accedens,
ut arctius coalescat, primæ Radicalis Kametz
aboletur, hinc מִזְמֹר, nulla autem Syllaba incipi-
tur pluribus ultra binas literis *A. N. §. 5. lin. 18.*
quæ Causa illius Regulæ, *Concurrente gemino Sche-
mate Alt. §. 57.* unde מִזְמֹר: æquatur igitur Tem-
pus Claritatis temporis Essentiali; in *prima* enim
B Radicis

Radiciſ *Syllaba* † ſunt duo tempora Eſſentialia, *A. N. §. 6. N. I.* aſt in præſentiarum Eſſentiale & Claritatis *ſcil. מ*. Præterea Vox *מִמֹּר* propter ſequens ſubſtantivum *תִּירָה* ſecundum Latinorum Conſtructionem eſſet in ſtatu conſtructo ſeu Regimine, adeoq; Vocale in ea occurrentes mutandæ *Pr. n. 5. lin. 29*; mutantur autem Vocaleſ vel temporis alicujus privatione vel adjunçtione, hoc caſu *ſcil.* in Regimine privandæ ſunt Vocaleſ aliquo tempore: Verum in utraq; Vocis *Syllaba* occurrunt Vocaleſ immutabileſ; quippe in *prima* *Syllaba* *מ* punctum Chireck, ſi tempore, quodam privari deberet, amitteret tempus ſuum Eſſentiale & eſſet *מ*, quod tamen ex ſuæ originis Cauſa rediret, cujus paulo antè mentionem fecimus; in *ſecunda* *מור* punctum Cholem, de cujus immutabilitatis Cauſis prolixè egimus in *A. N. §. 16.* Deniq; *Cl. NOLDIUS in Concord. Partic. p. 466.* obſervat, *Genitivum* cum *Lamed* plerumq; non mutare Subſtantivum, quod antecedit, e. g. *Gen. 1. 6.* *מים למים* pro *מי*, *Hab. III. 1.* *תפלה* pro *תפלה*, *1. Sam. XIII. 18.* *חתן למלה* pro *חתן*: atqui eodem præfixo *ל* vox *לתורה* hoc loco apparet.

§. II.

Secunda *לתורה* itidem *מרע* *acuta* & *Bifyllaba*, in cujus priori *duo*, Eſſentiale *A. N. §. 6. N. I.* & *Literale* *ibid. N. II. n. 2.* In poſteriori *quatuor*, *duplex* Eſſentiale *ibid. N. I.* *Altitudinis* *ibid. N. II. n. 3.* &

& Literale *ibid.* n. 2. *Tempora* apparent: Utraq; igitur perfecta Syllaba A. N. §. 5. Vox ipsa est שמעל *Nomen Substantivum Verbale*, quæ futuro טז Hiphil debet Originem; Radix ejus ירה Verbum ex Quiescentibus פ Jod, & ה He, in Hiph. הורה: præfigitur enim Radici ירה Litera præformans Characteristica טז Hiph. ה, quæ, ut arctius coalescat cum Radice, primæ Radicalis Kametz (ֿ) mutat in *Scheva*, sicq; duobus Schevatibus concurrentibus (quælibet enim litera vel vocali vel nota absentiae vocalis stipatur) prius sub ה in Vocalem simplicem abiret & esset הירה; Verum in Verbis Quiescentibus פ Jod Anomalia observatur, quando, propter antecedentem Characteristicam, Jod Schevate quiescente foret in signi-
 enda, & mutatur Jod in Conjugatione Hiphil (ex vicissitudine literarum אהוי) in *Vav*, quod in eo casu quiescit in *Cholem*, hinc הורה. Huic Literæ Characteristicæ ה accedit altera præformans futuri 3. perf. ה, quæ Euphoniæ ergò ה excludit, sibiq; sumit punctum הורה *vid. Alt. §. 112. 129.* Terminale punctum futuri quiescentium ה He est (ֿ) hoc autem loco (ֿ) indicium subst. fœm. generis. Ex hac Resolutione manifestum fit, mutatæ primæ radicalis Vocalis primariam causam esse Radicis Compositionem à parte ante A. N. §. 8. Porro adjungitur ה litera ex וכלב dictis, quæ nude accedit, quæq; nonnullis est Nota Dativi vel Genitivi Casus; sed B. L. judicio relinquimus,

an non h. l. illud ה derivari posset ex על de,
quemadmodum Gen. XX. 5. אמרי לי dic de me. XXVI.
7. וישאלו אנשי המקום לאשתו. & interrogarunt Viri
illius loci de uxore ejus. 2. Sam. XI. 7.

§. III.

Tertia הריע est מלעיל penacuta & Trisyllaba, in cujus prima occurrunt duo Tempora Essentialia A. N. §. 6. N. I. in secunda tria, Essentiale ibd. Literale ibd. N. II. n. 1. & Altitudinis ibd. n. 3. in tertia duo, Essentiale ibd. N. I. & Literale ibd. N. II. n. 1. Omnes igitur perfectæ Syllabæ A. N. §. 5. Vox ipsa est in statu Compositionis à parte ante & post, quæ erit Mutationis Causa in Radice A. N. §. 8. quæ est inusitata ריע; verum ex Quiescentibus ׀ Jod: Huic Radici ריע præfigitur Litera præformans Characteristica טֵ Hiph. ה, quæ alias nude Radici annexa Vocalem primæ Radicis mutat in Scheva & sub se concurrente gemino Schevate vocalem simplicem Chireck adsciscit, in Quiescentibus ׀ Jod verò vocali duplici stipatur ad complementum Syllabæ, quia alias Radix omni Vocali privaretur, unde הריע. Præterea Præformans Imperativi טֵ Hiphil præponenda He Characteristicam præteriti טֵ Hiph. excludit, sibiq; ejus vindicat punctum: Porrò in fine Radicis additur Afformans 2. pers. plur. Imperativi אֵ syllaba א, quæ necessario sibi jungit ultimam Radicis Literam, quia nullibi Hebræi Syllabam

bam incipiunt à Vocali *A. N. §. 5. lin. 7.* aft sub
ultima Radicis litera *v* occurrit punctum sub
forma *רֶשׁ* Pathach, quod proprie est Scheva, No-
ta absentiae Vocalis, quale in omnibus Literis fi-
nalibus supponitur *A. N. §. 10. in fin.* nisi doceat
Lectorem, literam hiantem ore, cui subjacet, esse
efferendam; hinc eodem jure accedenti Vocali
locum cedit: Alias Afformantes Asyllabæ Ac-
centum retrahunt, sibiq; vindicant; sed in Qui-
escentibus *v* Accentum relinquunt propter im-
mutabilitatem Vocalium compositarum, *A. N. §.
2. n. 3.* Unde *הַרְרִיעַ*.

§. IV.

Quarta לִיהוּה est *מַרְרִיעַ* acuta & salvâ illâ Re-
gulâ, ad perfectam Syllabam ad minimum duo requirî
tempora, Trisyllaba, cujus prima ex duobus, Essen-
tiali *A. N. §. 6. N. 1.* & Claritatis *ibd. N. II. n. 2.*
Secunda itidem ex duobus (supponendum enim,
Cholem defective scriptum) Essentiali *ibd. N. I.* &
Literali *ibd. N. II. n. 1.* Tertia ex quatuor, duplici Es-
sentiali *ibd. N. I.* Altitudinis *ibd. N. II. n. 3.* & Li-
terali *ibd. N. II. n. 1.* temporibus consistit; ideoq; le-
genda esset non *lajehovoah*, sed *lajhovoah*. Hu-
jus Vocis Radix est *הוּה* vel *הוּה*, ut colligi licet ex
Exod. III. 14. Huic accedit *Jod* Litera præform.
Characteristica futuri 3. perf. quæ more præfor-
mantium sub se habet Chireck *Alt. §. 112.* *וְהוּה* vel
וְהוּה, Terminale punctum in Verbis Quiescent.

B 3

4 He

ה He est (·) hinc יהיה vel יהיה ibd. §. 132. & præfi-
 gitur Nota Genitivi vel Dativi casus ה, quæ nude
 apparet, undè regulariter evaderet יהיה vel
 יהיה. Verum h. l. est יהיה, ubi supposita
 puncta contra Grammaticorum Regulas & Ra-
 dicis Naturam apparent; hinc tutius existima-
 mus, hanc vocem numerandam esse inter Vo-
 ces, quæ punctis alienis in Script S. occurrunt
 (quemadmodum 2. Reg. XIX. 28. שניהם & חריהם
 peregrina habent puncta, quorum propriae lite-
 ræ per קרי in margine indicantur scil. צואתם &
 מימי רגליהם & alibi) obviaq; h. l. propria esse,
 ארני, ut יהיה אלהים, sicq; Analysis hujus
 Vocis יהיה erit facillima; Lamed enim nude
 accedens ארני propter gemini Schevatis concur-
 sum in *Vocalem simplicem* abit, quæ potest esse *Chi-
 reck*, *segol*, vel *Pathach*; sed propter sequens sub א
 litera gutturali Scheva compositum *Cateph Pa-
 thach* plerumq; Pathach adsciscit, hinc ארני.

§. V.

Quinta פל- Vox Monosyllaba, sed perfecta
 A. N. §. 5. duobus scil. *Temporibus* gaudens, Essen-
 tiali, A. N. §. 6. N. I. & Claritatis ibd. N. II. n. 2.
 Ejus *Radicem* colligimus ex eo, quando in affixi-
 one (כלם *universi ipsi*, 1. Reg. XXII. 28.) occurrens
 litera ה Dagesch forte Pr. n. 1. accipit sec. Alt. §. 62.
 quod sit פל- ex Verbis defectivis ה Lamed, quæ
 in Conjugationibus non Dageschatis ad vitan-
 dum

dum similibus Literarum Concursum mediam
 Radicalem ejiciunt *Alt. §. 125.* atque putamus h. l.
 כּ esse *infinitivum* טֵ kal כּר plerumq; defective
 scriptum, & hic substantive *vel* adjective sumtum.
 Sed *observ.* obvia h. l. puncta in כּ speciem qui-
 dem præ se ferre Vocalis duplicis טֵ Kametz;
 ast revera significare simplicem Vocalem, alte-
 ram *scil.* טֵ Kametz partem punctum טֵ Cholem
 Vocalis compositæ *A. N. §. 2. n. 3.* Tempus Es-
 sentiale; & figuram *Pathach* esse Notam, quod il-
 lud punctum locum quidem טֵ Chireck occupans
 non tamen sit *Chireck*, sed alteram טֵ Kametz Vo-
 calis duplicis partem *A. N. §. 6. pag. 9:* Hinc su-
 pra in recensendis Temporibus unius tantum
 Temporis Essentialis fecimus mentionem; ade-
 oq; non legendum *coal*, sed *col*. Hæc Vocalis *com-*
posita Cholem Mutatio observatur semper in כּר,
 quando Accentu suo privetur; quemadmodum
 & h. l. per lineolam *Makkaph* eandem patitur pri-
 vationem *Pr. n. 4.* Potest quidem hic quæri,
 quomodo *Cholem* Vocalis Composita & immuta-
 bilis *A. N. §. 16.* ea de Causa mutationem sube-
 at? sed. *Resp.* Hanc mutationem non fluere ex
 punctorum & literarum Natura, sed meræ de-
 beri observationi & esse rem facti *A. N. §. 17.*
 Notantur quædam loca e. g. *Pf. xxxv. 10.* כּר
 עֲצוּתִי *omnia ossa mea. Prov. XIX. 7.* כּר אֶחָיִים *om-*
nes fratres pauperis, à Masorethis, in quibus occur-
 rens

rens *Kametz* dicunt קמץ רחב *Kametz latum* i. e. duplicem Vocalem, & merito; juxta se enim possum habet Accentum, qui *to Kametz* conservat ut Vocalem duplicem ante consonantem ei jungendam, *A. N. §. 7. N. I.* Huc etiam referri licet *Psal. LXXXVII. 7.*; כְּלֵי מַעְיְנֵי בְּךָ; *omnes fontes meæ in te*; sustentatur enim *Kametz* ante Consonantem per *Metheg Pr. n. 4.* Sed in hisce Locis videtur vox כְּלֵי derivanda à כָּלָה Verbo quiescente *He*, adeoq; erit 3. perf. præter; *טֵ Kal.*

§. VI.

Sexta הָאֵרֶץ est הָאֵרֶץ *penacuta & Trisyllaba*, in cujus prima sunt Tempora duo Essentialia, *A. N. §. 6. N. I.* in secunda itidem duo unum Essentialiale *ibd.* alterum Altitudinis *ibd. N. II. n. 3.* in tertia duo, Essentialiale *ibd. N. I.* & Claritatis, *ibd. N. II. n. 2.* Omnes igitur perfectæ Syllabæ *A. N. §. 5.* Radix aliis est אֶרֶץ *contrivit.* aliis אֶרֶץ *currere;* aliis אֶרֶץ *terra*, huic præfigitur *He* demonstrativum, quod alias per *Pathach & Dagesch* forte præponitur: sed propter sequentem literam *א* indageschabilem *Pr. n. 1.* compensatur *Dagesch* mutando Vocalem simplicem *Pathach A. N. §. 2. n. 1.* in duplicem *Kametz ibd. n. 2. Ali. §. 104:* æquatur igitur Tempus essentialiale Tempori claritatis ex *Dagesch*, & quidem in eo tertio, quod utrumq; Syllabæ Tempus addat; hinc אֶרֶץ. Verum hoc loco sub prima Radicali *א* occurrit Vocalis duplex

plex (⊖) *Kametz*, pro simplici (⊕) *Segol*, quam mutandi potestatem pleriq; *Grammatici* tribuunt *Accentibus Distinctivis* e. g. *Alt. §. 160. Lud. de Dieu in Grammat. Harm. lib. 1. cap. 9. §. 4.* Sed quo jure id fiat, non videmus, nisi hoc meræ observationi debeat, *id est*, præsentibus his hoc fieri; ast nullo modo inde concludi potest, ergo hi *Distinctivi* sunt *Causæ efficientes*: Nam eo ipso *Accentibus* affingitur, ipsos dare, quod eorum *Naturam* destrueret & mutaret; sicq; *Accentus* non esset, טעם *sapor A. N. §. 4. in fin.* sed הנוע *sonus i. e. Vocalis ibid. §. 2.* adeoq; *Accentus* daret, quo ipse caret. Perplacet igitur *Cl. de RAADT* Sententia, quæ hanc *vocalis simplicis Mutationem* in *duplicem* dicit *Notam*, qua *Lector* docetur, hic esse *Cadentiam*; quod prolixius explicat *Auctor* in סוגיות הנקור *Defin. X.V.* allatis dubitandi & decidendi argumentis, lectu dignissimum: Hinc in recensendis *Temporibus unum tantum Tempus Essentiale* secundæ *Radici* hujus *Syllabæ* commemoravimus.

C ANA-

ANALYSIS ACCENTUALIS

Ejusdem Commatis Primi.

מִזְמֹר לַתּוֹרָה הַרְיֵעוּ לַיהוָה כָּל־הַאָרֶץ :

§. I.

IN præcedenti secundum *puncta* Explicatione accentuum usum *Grammaticum A. N. §. 5. lin. 4.* probatum dedimus, *scil.* quod Syllabam mora seu tempore beent: sed in sequenti *Analysi eorum* usum *Syntacticum A. N. §. 5. lin. 8.* demonstrare tentabimus. Verum *Accentuum Consecutio* observatur *duplex*; alius enim ordo animadvertitur in *S. Script.* libris הַנֶּגְדִים dictis, *i. e.* בתורה in *Lege*, בנביאים in *Prophetis*, & בכתובים in *Hagiographis*. quem *Prosaicum* dicunt: alius in Libris אמת dictis *i. e.* באיוב in *Jobo* (exceptis *Cap. I. II. & XLII. 6, usq. ad fin.* in quibus *Prosaico* Ordini locus est) במשלי in *Proverbis* & בתהילים in *Psalms*, quem *Metricum* appellant: Hinc *Cl. PHIL. OUSEEL Tr. de Accentuatione Metrica* insignivit titulo שער הטעמים של אמת *Introductio in Accentuationem Metricam*, quem hic sequemur. *Objectum* nostrum est *Psalms Centesimus*; erit igitur Nobis attendendum in *Analysi* ad *Consecutionem Metricam*. Verum antequam ordiamur, *sciendum*, *ultimam* *Periodi vocem* in *Accentuatione* esse *primam*: Ergo *Analys* à *Periodi fine* incipienda, estque *Vox Prima*

Prima : הַאֲרָץ in qua occurrit *Silluk* cum *Soph pasuk* :— *Accentus Tonicus* *Cap. I. §. 5. n. 1.* Inferior & Lateralis §. 6. & 9. adeoq; Compositus §. 11. Fixam quoad *Soph pasuk* :— §. 13. & Mobilem *i. e.* in tono vocis quoad *τὸ Silluk* — sedem habens §. 14. 15. Estq; non confundendus cum *Metbeg* *Accentu Euphonico* §. 25. Dominus, cujus est *distingvere* suam vocem à sequente *Cap. II. §. 5. n. 1.* nec unquam potest fieri *Servus* §. 4. *Distinctivus Summus* §. 9. n. 1. Sedes ejus est in *ultima* *Periodi voce* *Cap. III. §. 20.* non potest in eadem *Periodo* repeti §. 11. Ipse toti *Versiculo* præest, eundemq; suam agnoscit *Ditionem* *Mediatam* §. 4. & *Cap. IV. §. 1. & c.* Præterea particula בְּרִי jungitur *Voci* הַאֲרָץ per *lineolam Makkaph* *Pr. n. 4.* & ita cohærens pro unica voce reputatur *Cap. I. §. 23.* indeq; patet, *Silluk* non *laborare*, duæ enim *Syllabæ* tonum præcedunt §. 26.

§. II.

Secunda לִיהוּה in qua apparet — *Rebia Gereschatum* *Accentus Tonicus* *Cap. I. §. 5. n. 4.* superior §. 7. Compositus ex *Rebia* & *Geresch* §. 11. Fixam quoad *Geresch* — §. 19. & Mobilem *i. e.* in tono *Vocis* quoad *Rebia* — sedem habens §. 14. Estq; Dominus, cujus est *distingvere* suam vocem à sequente *Cap. II. §. 5. n. 4.* nec unquam potest fieri *servus* §. 4. *Distinctivus Minor* §. 9. n. 4. Sedes ejus in *immediata* *τὴ Silluk* *Ditione* à *2da* ad

Atam à Silluk Voce Cap. III. §. 23. nec potest in eadem Periodo repeti §. 11. ordinemq; suum servare debet §. 9. Hoc loco 2dam à τ̄ō Silluk vocem occupat excluso Minimo & τ̄ō Silluk non laborante Cap. IV. §. 20. peculiarem agnoscit Ditionem Cap. VII. &c.

§. III.

Tertia תריעי quæ stipatur — Merca, Accentu Tónico Cap. I. §. 5. n. 12. Inferiori §. 6. Simplici §. 10. Mobilem sedem i. e. in tono vocis habente §. 14. Servo Cap. II. §. 6. n. 1. cujus est vocem suam conjungere cum voce Domini sui §. 4. qui h. l. est Rbebia Gereſchatum, cui ordinarie servire potest §. 13. n. 1. ejusq; ordinarius est servus Cap. VII. §. 2. & h. l. occurrit in mediata τ̄s Silluk & immediata τ̄s Rbebia Gereſchati Ditione. Cap. III. §. 4.

§. IV.

Quarta לתורה notata — τ̄ō Abnach Accentu Tónico Cap. I. §. 5. n. 3. Inferiori §. 6. simplici §. 10. Mobilem i. e. in tono vocis sedem habente §. 14. Domino Cap. II. §. 5. n. 3. cujus est distinguere vocem suam à sequente, nec unquam potest fieri Servus §. 4. Distinctivo Magno §. 9. n. 3. Sedes ejus in immediata τ̄s Silluk Ditione. à tertia usq; ad sextam inclusive à Silluk Voce Cap. III. §. 22. nec potest in eadem Periodo repeti §. 11. ordinemq; suum servare debet §. 9. Hoc loco, quartam à Silluk vocem occupat ordinarie, quoniam præcedens

cedens *Minor Rbebia Gereschatum* non ultra *tertiam* vocem adscendit *Cap. IV. §. 26.* & quidem *necessario*, quia *Minor* præcessit, & *Merca Mabpachatum Cap. I. §. 5. n. 2.* ultra *quintam* descendere nequit *Cap. III. §. 9. 21.* peculiarem agnoscit *Ditionem Cap. VI.*

§. V.

Quinta מִזְמוֹר signata τῶ *Merca* — ab *Atbnach* vox *secunda* *Accentu Tonico* vid. *supr. §. III.* qui hoc loco itidem *Servus* jungens vocem suam cum *Domi- ni* sui voce, scil. τῶ *Atbnach*, cui servire potest *Cap. II. §. 13. n. 1.* & *ejus* servus est *ordinarius* & *semper*, si τῶ *Atbnach* *Ditio* est *duarum Vocum Cap. VI. §. 3.* & *b. l.* occurrit in *mediata* τῶ *Silluk* & *immediata* τῶ *Atbnach* *Voce Cap. III. §. 4.*

§. VI.

Perspectâ *cujuslibet* in *qualibet* voce *occur- rentis* *Accentus Naturâ* *Periodus* ad *usum practi- cum* præparanda venit atq; in *ea* attendendum, ad *obvenientes* *Distinctivos*, quorum in hoc *Com- mate* offendimus *tres*; 1. τῶ *Silluk* *Summum* in, *prima* vid. *supr. §. 1. 2.* *Rhebia Gereschatum* *Minore* in *secunda* *ibd. §. 2. 3.* τῶ *Atbnach* *Magnum*, in *quarta* *Voce* *ibd. §. 4.* *Hos* notamus *lineola per- pendiculari* *Cap. XVII. §. 3.* & quidem *primum* post *Silluk una*, *secundum duabus* & τῶ *Silluk* adscribimus *tot* *lineolas*, *quot* in *integra* *Periodo* sunt *Distin- ctivi* *Cap. XVII. §. 4. v. g.*

||| : כָּל-הָאָרָץ | לְיְהוָה || חֲרִישׁוֹ לְיְהוָה || מִזְמוֹר לְתוֹרָה
C 3 §. VII.

§. VII.

Ditio τ̄ Silluk mediata continet voces numero 5. ad vocem secundam lineola | una occurrit, quæ denotat, primum Distinctivum incidere in secundam vocem; ante quartam habemus || duas lineolas, quæ indicant secundam distinctionem adesse: ad primam ante τ̄ Silluk cum Soph Pasuk lineolæ tres ||| occurrunt indicantes in hoc Commate tres esse Distinctivos, adeoq; hanc Periodum secundum Cap. III. §. 15. esse Periodum Minorem & pertinere ad N. III. Cap. XVII. §. 8. N. I.

§. VIII.

His notis adhibitis à posteriori vera Analysis Logica colligitur hunc in modum:

I. Quærantur Lineolæ plures v. gr. loco memorato ad vocem primam adfunt ||| tres, ad vocem quartam verò || dua; hi igitur erunt termini generales, quibus tota Periodus in duas partes æquales dividitur: Hebræi enim dichotomiam amant, quam semper longissime à τ̄ Silluk distans Distinctivus ostendit. Prius Hemistichium est immediate sub Athnach, posterius sub τ̄ Silluk Cap. XVII. §. 10. e. g.

מִזְמֹר לַתּוֹרָה I.

הַרְבֵּעַ לַיהוָה בְּלִיְהוָה II.

II. Singula Hemistichia seorsim eodem modo per Dichotomiam secunda veniunt Accentuum ductu

Et in Cap. XVII. §. II. Verum in hac nostri Commatis Parte *priori* præter τὸ *Abnach* nullus occurrit *Distinctivus*, nulla igitur ulterior divisio locum habet: ast in *posteriori* præter τὸ *Sikkuk* adest in *secunda* voce *Rbebia Gereſchatum*, qui Accentus *Distinctivus* hanc *posteriorem* partem generalem de-nuò dividit in duas partes e. g.

הַרְעוּ לַיהוָה I.

כֹּל-הָאָרֶץ :

His observatis sequens Analysis à posteriori institui potest

בְּזִמְרוֹ לַחֲזוֹרָה I.

הַרְעוּ לַיהוָה כֹּל-הָאָרֶץ :

הַרְעוּ לַיהוָה I.

כֹּל-הָאָרֶץ :

§. IX.

Si ad verborum significationum & hujus Commatis sensum attendamus, nihil huic Analysis secundum Accentus contrarium videmus: Nam Chorus in tribus Psalmi hujus versibus prioribus introducit excitans ad laudem seu Confessionem

tionem Domini; & quidem in hoc *commate* nostro illud agit proponendo

I. Titulo præmissio; *Psalmus de laude:*

II. Propositione; *jubilare Domino, omnis terra.*

1. } quoad [Officium; *jubilare Domino,*
2. } [Personas; *omnis Terra.*

Hinc merito observamus, plurimos Interpretes minus accurate *primam* hujus *Commatis partem* ut Inscriptionem per *punctum* distinxisse, cum tamen hæc pars ad idem comma pertineat.

COROLLARIA.

Pascha à Judæis celebratum fuisse *Sacrificium*, asserimus.

Christum Salvatorem nostrum ultimum suum Pascha *eodem* cum Judæis *die* celebrasse, sumus persuasi.

Nomen Dei Essentiale יהוה nec posse nec debere per *Jehoba* pronuntiarî defendimus.


Minus accurate Cl. Lud. de Dieu *Zphanj: II. 2. פֶּמֶץ יוֹם עֵבֶר* vertit *instar glumæ transeuntis, Dies:*


Minus accurate *litera V* mobilis & gutturalis comparatur in motu *N spiritui leni*, eoq; parum discentibus prospicitur.


Multum distinctio Vocalium in *simplices, duplices & compositas* conducit ad intelligendas *Vocales mutabiles & immutabiles.*


2. *Arn* in Job: 20. 44. 5.
3. Ejuſ in Proo: 10. 10.
4. Horck in Canticum Cant.
5. Osiander de infelicitate impiorum.
6. Fechtius de generacōe Merſiae aeterna.
7. Meyer in Palm: 6. 11.
8. Schumacher in Palm: 16. 5.
9. Schram ~~de~~ ad Palm: 16.
10. Ejuſ ad Palm: 22.
11. Jablonſki in Palm: 40. 7.
12. Jüngſt in Palm: 40. 7. 8.
13. Jablonſki de perforatione aurium.
14. Ring in Palm: 100.
15. Schudt de Regno Merſiae.
16. Ejuſ de Regno Merſiae.
17. Ejuſ de Regno Merſiae.
18. Lampe de Tentoris Kedar.
19. Lampe de Lilio Saronitico.
20. Cremer de Summa Sapientia.
21. Michaelis de Salomonis ad Laetitiam exhortat.
22. Vitalokius ad Ies: 2. 22.
23. Andreae in Ies: III. 4. 14.
24. Meyer in Ies: 26. 20.


Werenfels. in Des: 63. s. 9.
Halstgin Dan: XI. 37.
Havens in Hag: 7. 8.
Mundinus de Gloria t'pili Secundi.
Galdwing de mysterio Trinitatis.
Bilefeld de Jesu Xto.
Hachman de Messia ejusq' negotio.
Pürthler de Xti a'paritione in coelo.
Bramer de Filii Dri operatione.
Calixtus Fides Catholica.
Witsius in Synb: Aplicum.
Miege Theses Theolog: de nat: Xti.
Montag de Pseudodamo Socinianorum.











the scale towards document

idigentiam naturæ talem indicat, quæ
 te aut immortalitate ejusdem consistere
 est. Minor inde patescit, quoniam Ada-
 i Paradisiaci fuit a Deo commissa. Cæte-
 quoq; intemperie & impotentia appetitus
 tur esse argumento sufficientissimo, eam
 n defuisse. Resp. 1) ad Majorem ejus-
 nem distinguendo inter *passionem perfecti-*
m. Si tolerantia laboris nec non famis
 ne integro fuit passio corruptiva, tum
 inde ejusdem mortalitas. Ita vero ne-
 n. 2) Ad eandem porro Minorem dici-
 sitim actualem, & quidem talem, quæ
 & potus naturæ destructiva, in homine
 ro fuisse unde, quæso, probabunt? No-
 tertiiavi istud verbum: In homine eti-
 . Quod enim in probatione de appetitu
 kitur, id ad hominem non amplius in-
 ajam labentem pertinet. Sin Majorem
 e & siti intellectam volunt, quatenus
 ; cibi ac potus naturalis, naturæq; per-
 quam destructivum *πάθημα*, tum eam
 omni prorsus jure ac merito explosum

Aliud profugium sibi quærun, cum dispu-
 non fuerat mansurus aeternum in horto Edenis,
 in aliam transferendus, & visione beatifica,
 Paradiso nondum affectus fuerat, demum do-
 nario fuerat moriendum, quantumvis imagi-
 ncorruptam, neq; perdidisset dominium origi-
 nus. Ergo. Consecutio Majoris videtur
): Siquidem primi Adami vita nondum
 tum animalis fuit, per eâ, quæ tradun-
 F tur